

est licitum in materia Sacramentorum sequi opinionem minus tutam, quia Sacramentum exponitur periculo nullitatis, cum opinio illa possit esse falsa, & sic potest esse nullum Sacramentum; atqui si opinio non versetur circa valorem Sacramenti, etiamsi sit falsa, Sacramentum tamen est validum; v.g. plures graves AA. iudicant esse verius & conformius Tridentino, nullam extare obligationem confitendi circumstantias notabiliter aggravantes, hæc opinio est circa materiam Sacramenti Pœnitentiæ, non tamen ab illa valor Sacramenti dependet: quia pœnitens, ut supponitur innocenter omittens confiteri has circumstantias, est alias bene dispositus; ideo qui sequitur hanc opinionem, quam iudicat veriolem, non exponit Sacramentum periculo nullitatis: si enim hæc opinio sit falsa, ut illam falsam esse & contrariam Trid. multi graves DD. existimant, Sacramentum Pœnitentiæ adhuc erit validum: quia pœnitens contritus peccata sua proprio Confessario confessus est taliter, qualiter iudicabat se obligatum esse.

## DISPUTATIO XV.

*De Effectibus & Necessitate Sacramentorum.*

**C**ertum est: Sacramenta non fuisse absolutè necessaria ad hominum salutem; Deus enim pluribus aliis modis potuisset hominem absolutè salvare, ipsum conservando in iustitia originali, addendo auxilia actualia, quibus moveretur ad perfectam pœnitentiam & contritionem post lapsum, vel etiam absque prævia dispositione lapsi, infundendo se solo gratiam sanctificantem; solum  
igitur

D  
igitur  
ob con  
tius pe  
supern  
ritus se  
gione,  
bus stat  
tio, &  
torum  
Dei  
duplex  
pe gra  
torum,  
ti Dis

An,  
st

S  
in qu  
donis  
prò d  
gis na  
ham  
quasi  
sent:  
super  
Spei,  
ni sta  
Moyi  
nond  
bebat  
Pa

igitur fuit congruum, ut instituerentur Sacramenta ob conditionem naturæ humanæ, quæ congruentius per signa sensibilia deducitur in cognitionem supernaturalium, & convenientius homines per ritus sensibiles & externos conveniunt in una Religione, sed quæritur de congruentia: an in omnibus statibus congrua fuerit Sacramentorum institutio, & quantâ suppositâ institutione sit Sacramentorum necessitas?

Deinde effectus Sacramentorum novæ Legis est duplex alius omnibus Sacramentis communis: nempe gratia; alius specialis aliquorum Sacramentorum, nempe Character, de secundo in sequenti Disputat, agetur, de primo in præsentia agitur.

Q U Æ S T I O I.

*An, quæ, & quomodo Sacramenta necessaria in statu innocentia, Lege naturæ, nova & veteri?*

**S**uppono: Quòd genus humanum de facto fuerit in quatuor statibus 1. mò in statu innocentia, in quo Adam ornatus justitiâ originali & omnibus donis illam consequentibus fuit conditus, sed prò dolor! non diu permansit. 2. dò. In statu legis naturæ, qui post lapsum Adami utque ad Abraham duravit, & non ideo status naturæ dicitur, quasi sola præcepta naturalia in illo statu obligassent: cum suppositâ hominis elevatione ad finem supernaturalem præcepta supernaturalia Fidei, Spei, Charitatis atque Religionis ipsum pro omni statu obligent, sed quia in illo statu, & ante Moysem Lex tam naturalis quàm supernaturalis nondum erat scripto tradita, sed Lex naturæ habebatur per solum instinctum & dictamen luminis

*Pars III. Theol. Schol. Q naturalis*

## DISPUTATIO XV.

naturalis, Lex autem supernaturalis per inspirationem ex parentum institutione in filios & familiam derivatam agnoscebatur, 3<sup>o</sup> id. In statu Legis scriptæ, qui in rigore incepit à Moyse tabulas Legis à Deo accipiente, aliàs à tempore Abrahami, qui positivum præceptum Circumcisionis pro se & totâ suâ posteritate accepit, quod tempus ab Abrahamo ad Moysen solet vocari confinium Legis naturæ & scriptæ, sicut tempus, quod fluxit à Joanne Baptista usque ad prædicationem Christi, vocatur confinium Legis scriptæ & Gratia; denique in statu Legis Gratia est natura humana à Christo usque ad consummationem sæculi.

DICO 1. *In statu innocentia ante peccatum Sacramenta necessaria non fuerunt.* S. Th. hic Q. 61. a. 1, O.

Probat<sup>ur</sup> 1. Sacramenta vi præsentis decreti sunt instituta; ut anima secundum gratiam perficeretur per signa corporalia; sed hoc non fuit conveniens pro statu innocentia; quippe in quo erat rectitudo originalis, per quam superiora inferioribus dominabantur, nec ab illis ullatenus dependebant.

2<sup>o</sup> id. Juxtâ præsentem ordinationem Sacramenta sunt instituta tanquam medicina & remedium naturæ corruptæ & infirmæ; atqui in statu innocentia natura humana non indiguit tali remedio: cum fuerit sana & integra, quæ rationes etiam probant nulla fuisse Sacramenta necessaria secundum præsentem Dei ordinationem, licet status innocentia fuisset continuatus, quibus adde: quòd secundum præsentem Dei ordinationem Sacramenta sunt instituta dependenter à meritis Christi, sed, juxtâ dicta de Incarnatione; Adamo non peccante nulla fuissent merita Christi: quia nulla fuisset Incarnatio; ergo, sed contra hæc

Obj.

Obj.  
natus,  
uti ipse  
igitur fu  
3. In  
persever  
vel ad m  
massa pe  
stificari p  
Obj. 2  
modernu  
tore med  
tur, & l  
Sacrificia  
3. Se  
dona ad i  
ad dona  
derivata  
ficia de p  
menta,  
ferunt G  
tæ prop  
tionem  
divinæ c  
tiæ per  
mentis r  
fer nece  
posteri  
sterio ci  
non etia  
mediis c  
DICO  
quedam  
3. O. fi  
mentum

*Obj. 1.* Licet status innocentiae fuisset continuatus, potuissent tamen posterius Adae peccare, uti ipse Adam in statu innocentiae peccavit, illis igitur fuissent necessaria Sacramenta.

*R.* In statu innocentiae, si in illo primi Parentes perseverassent, pauci ex posteris peccassent, iique vel ad modum Angelorum relinquendi fuissent in massa perditionis, vel per solam contritionem justificari potuissent.

*Obj. 2.* Status innocentiae fuit perfectior, quam modernus status naturae lapsae; ergo non debuit carere mediis, quibus de facto in nobis gratia augetur, & si in isto statu Adamo perseverante fuissent Sacrificia, cur non Sacramenta?

*R.* Status innocentiae fuisset perfectior quoad dona ad integritatem pertinentia, non autem quoad dona Gratiae sanativae ex passione Christi in nos derivata, fuissent etiam in statu innocentiae Sacrificia de jure naturae Deo debita, non tamen Sacramenta, quae juxta praesentem ordinationem conferunt Gratiam sanativam soli statui naturae reparatae propriae, dixi: secundum praesentem ordinationem; quia forte secundum aliam providentiae divinae ordinationem, potuissent in statu innocentiae perdurante esse Sacramenta; quia uti Sacramentis non videtur esse tanta subjectio, ut debuisset necessario excludi a statu innocentiae, in quo posterius Adami acquisivissent medio sensuum ministerio circa res corporeas versante scientiam, cur non etiam augmentum Gratiae potuissent obtinere mediis corporeis signis?

**DICO 2.** *Ante Christi adventum necesse fuit quaedam Sacramenta institui.* S. Th. hic Q. 61. a.

3. O. sive in lege naturae fuit necessarium Sacramentum tam in remedium peccati originalis pro-

parvulis, quàm in remedium peccatorum actualium pro adultis, in Lege Mosaica verò præter Circumcisionem plura fuerunt Sacramenta.

*Prima Pars probatur:* Si nullum remedium pro parvulis in isto statu fuisset institutum, non omnes homines habuissent media sufficientia ad consequendam salutem, quod repugnat voluntati antecedenti, quâ Deus secundum Apost. vult omnes homines salvos fieri 1. ad Timot. 2. cujus voluntatis effectus est præparatio mediolorum sufficientium ad consequendam salutem; ergo debuit pro parvulis institui aliquod remedium, quo à peccato originali mundarentur; atqui hoc remedium erat Sacramentum, erat enim protestatio internæ fidei in Christum venturum, adeoque signum sensibile Gratiæ in suo usu conferendæ, & consequenter Sacramentum: non enim poterat illis parvulis succurri solâ fide internâ, aliàs etiam in utero matris existentibus succurri potuisset, & ità status naturæ felicior fuisset, quàm status Gratiæ; ergo succurrebatur externâ protestatione fidei in Christum venturum, cum absque fide in Christum nunquam post lapsum quis fuerit sanatus. Ex quo etiam videtur, ut hoc remedium validè applicaretur, necessaria fuisse in ministro fides actualis de Christo venturo, in quo differentia est à remedio novæ Legis, quòd Baptismus sine fide actuali collatus valeat: Baptismus enim à quocunque datus est actio Christi tanquam principalis agentis: cum baptizans non proprio nomine, sed tanquam minister nomine Christi baptizet, sed remedium Legis naturæ non erat à Christo seu nomine Christi exercitum, eratque ex vi suæ Divinæ institutionis quoad ipsam substantiam fides in Christum venturum sub signo aliquo sensibili applicata infanti.

ut passi  
parte n  
defectu  
babilium  
alias, e  
fuisset  
S. Thom  
des pare  
ceret,  
quòd no  
publica  
circumf  
Secun  
peccato  
quàm re  
stus est  
etiam ac  
original  
toris,  
origina  
remissi  
testatio  
tur ren  
Obj  
runc il  
scripta  
que L  
præcep  
sub qu  
atqui  
fuissem  
R.  
ræ & se  
cissima  
termin

ut passim constat ex Patribus. Unde quando ex parte ministri deficiebat ista fides, videtur fuisse defectus in ipsa remedii substantia; attamen probabilius non requirebatur fides charitate formata, alias, cum nemo sit certus de statu Gratiae, nimis fuisset hoc remedium incertum. Sancti Patres & S. Thomas, dum videntur asserere, quod sola fides parentum ad justificationem parvulorum sufficeret, sine signo exteriori, aptè exponi possunt, quòd non fuerit necessarium aliquod signum certum publicà Lege institutum, sicut instituta fuit Circumcisio.

*Secunda Pars probatur*: Non minus remissio peccatorum actualium pendeat à merito Christi, quàm remissio peccati originalis: siquidem Christus est reparator non tantum peccati originalis sed etiam actualis; ergo sicut ad delendum peccatum originale necessaria erat externa protestatio mediatoris, quàm practicè significabatur remissio peccati originalis obtinenda per Christum, ità etiam ad remissionem peccati actualis necessaria erat protestatio venturi Messiae, quàm practicè significabatur remissio peccati actualis.

*Obj.* Si in lege naturæ fuissent Sacramenta, tunc illa Lex non sufficienter distingueretur à Lege scripta: in hoc quoque consistit potissimum utriusque Legis differentia, quod Lex scripta habuerit præcepta positiva, qualia non habent Lex naturæ, sub qua vivebatur juxtà dictamen rectæ rationis; atqui si fuissent Sacramenta in Lege naturæ, illa fuissent instituta per præceptum positivum.

¶ Hoc esse distinctivum sufficiens Legis naturæ & scriptæ, quòd in illa homines habuerint paucissima præcepta, eaque non de cæremoniis determinatis in particulari, sed solum in communi;

in Lege autem scripta erant præcepta plurima & quidem de cæremoniis determinatis in particulari.

*Tertia Partis* duplex assignatur congruentia imò quantò magis crescunt morbi, tantò pluribus medicinis opus est; atqui successu temporis peccatum & concupiscentia in homine magis invalescebat; ergo necessarium erat non tantum, ut darentur plura præcepta positiva & determinata, sed etiam plura & magis determinata Sacramenta in Lege scripta, quam primitus fuerant in Lege naturæ. 2dò. Quò tempora erant propinquiora adventui Christi, tantò magis decebat explicari & crescere notitiam ac fidem in Christum, atqui Sacramenta erant quædam protestationes fidei in Christum; ergo oportebat, ut in Lege scripta usque ad Christum duratura essent plura & magis determinata vel expressa Sacramenta. Porro hæc Sacramenta ad tria genera à S. Th. reducuntur, Primum est eorum, quibus homines ad divinum cultum initiabantur, idque vel generatim, & sic dabatur Circumcisio, quæ erat Janua ad omnes legales sanctificationes pro universo populo electo, vel speciatim, & sic dabantur Consecrationes Sacerdotum, quibus aliqui specialiter ad cultum divinum deputabantur. Secundum est eorum, quæ sunt instituta ad rerum sacrarum participationem & recognitionem Divinorum beneficiorum, quo pertinet comestio Agni Paschalis, & Panum propositionis. Tertium est eorum, quibus homines expiabantur à peccatis, & purificabantur à maculis legalibus, qualia erant pro toto populo aspersio aquæ, pro Sacerdotibus lotiones manuum & pedum ac rasio pilorum &c.

DICO 3. Oportet quedam alia Sacramenta esse in nova Lege. S. Th. hic Q. 61. a. 4. O.

Pro.

Pro  
salus o  
luri, i  
Christi  
require  
tiva fid  
requiru  
fidei in  
nim rei  
feratæ  
gis, q  
distin  
tum ve

An, q  
tiam

Supp  
tu  
dens  
sancta  
ratam  
tiam p  
ma ef  
stâ re  
ætern  
est, c  
etam  
& ad  
ratam.  
Sup  
fidem  
tur Gr  
collat

*Probatnr* Sicut in antiqua Lege justificatio & salus obtinebatur per fidem Christi nascituri & passuri, ità in Lege novâ salus obtinetur per fidem Christi jam nati & passi; ergo sicut in antiqua Lege requirebantur Sacramenta tanquam signa protestativa fidei in Christum venturum, ità in Lege nova requiruntur Sacramenta tanquam signa protestativa fidei in Christum jam natum & passum; signa etenim rei præsentis debent esse distincta à signis rei futuræ; ergo etiam debent Sacramenta novæ Legis, quæ Christum jam passum annuntiant, esse distincta à Sacramentis Legis antiquæ, quæ Christum venturum prognosticabant.

## Q U Æ S T I O II.

*An, quæ, & quomodo Sacramenta causent Grati-  
am primam vel secundam in utraque Lege?*

**S**uppono 1. Gratia habitualis est donum supernaturale creaturæ rationali gratuito datum reddens eam Divinæ naturæ consortem, formaliter sanctam, Deo gratam & ad vitam æternam acceptatam. Hæc Gratia habitualis dividitur in Grati-  
am primam & secundam: Gratia habitualis prima est, quæ creaturam intellectualem ex non justâ reddit formaliter justam, sanctam & ad vitam æternam acceptatam, Gratia habitualis secunda est, quæ creaturam intellectualem justam & sanctam reddit justiore intensivè & Deo gratiore & ad vitam æternam in majore perfectione acceptatam.

*Suppono 2.* Sacramenta novæ Legis non tantum fidem excitant, ut volunt hæretici, quâ produca-  
tur Gratia & justificemur, aliàs Baptismus parvulis collatus, qui ob infirmitatem ætatis ad fidem exci-  
tar



tari nequeunt, nihil prodesset, sed potius prodesset adstantibus adultis in administratione Sacramentorum, qui ad fidem excitari possunt; sed Sacramenta novæ Legis verè causant gratiam, sed ulterius dubitatur qualiter? pro quo.

*Suppono 3.* Causam aliam esse physicam, aliam moralem, quæ in effectum non influit reali influxu, sed ad illum producendum intentionaliter movet causam physicam v. g. consulendo, persuadendo, pretium offerendo. Hæc causa moralis alia est principalis, quæ intentionaliter movet causam physicam ad productionem effectûs nomine & Authoritate propriâ, moralis instrumentalis est, si in moraliter causando alteri principali subordinetur, & per illius Authoritatem vel valorem sibi saltem extrinsecus conjunctum moveat causam physicam ad producendum effectum; sic famulus, cujus interventu Dominus à suo amico aliquid precando obtinet, est instrumentum morale Domini animatum. Pretium, quo quis liberatur à servitute, Chyrographa, quibus aliquid in judicio probetur, vel homines ad præstandam fidem coguntur, sunt causæ morales instrumentales inanimatæ.

*Suppono 4.* Quòd causa moralis aliter moveat Deum, aliter creaturam: nam Deum moraliter movet, quatenus est causa moralis externæ operationis Divinæ, non autem quatenus est causa interni actus voluntatis: siquidem Divina voluntas est identificata cum substantia divina, quæ omnis mutationis passionis & causalitatis est incapax; quo non obstante in ordine ad effectus creatos à solo Deo ponendos vel positos dari potest vera causa efficiens moralis ex parte voliti vel objecti, ità enim juxtà Trid. Sess. 6. de Justif. cap. 16. non tantum

Chri-

Christi  
etiam  
ritoria  
aliquid  
nostras  
propter  
Deus n  
nem,  
Christi  
glorian  
nulla e  
meritis  
Deo in  
ponend  
vet ad  
ternæ  
actum  
operan  
Suppo  
tis Th  
causat  
ex op  
tur pr  
five d  
licet a  
fertur  
ris ad  
seclus  
toriar  
tà Tho  
re op  
opere  
propr  
opere  
solus

Christus est causa meritoria gratiæ & gloriæ; sed etiam homines iusti per bona opera sunt causa meritoria augmenti gratiæ & gloriæ, sic Deus dicitur aliquid facere propter intercessionem Sanctorum, nostras preces &c. dissimulare peccata hominum propter pœnitentiam, hoc nimitum sensu: quod Deus non aliter velit conferre homini justificationem, nisi dependenter ab oblatione meritorum Christi, non aliter velit in executione conferre gloriam, nisi dependenter à meritis iustorum, ubi nulla est dependentia actûs immanentis divini à meritis creatis, sed solum dependentia effectus à Deo intenti, & non nisi intuitu talis operis à Deo ponendi. Causa moralis creaturam liberam movet ad operandum non tantum, quia est causa externæ operationis, sed etiam, quia movet ad actum internum, quo voluntas determinatur ad operandum intuitu causæ moralis.

*Suppono* §. Modum causandi gratiam in Sacramentis Theologorum stylo communi dividi in modum causandi ex opere operato & ex opere operantis, ex opere operantis confertur gratia, cum confertur propter honestatem & vim meritoriam operis, sive de condigno sive de congruo, quatenus videlicet ab operante procedit. Ex opere operato confertur, quando confertur gratia ratione ipsius operis ad effectum conferendæ gratiæ à Deo constituti secluso respectu ad honestatem & bonitatem meritoriam ipsius, confertur autem ex opere operato, juxta Thomistas, Gratia sanctificans dupliciter: ex opere operato activè & passivè: conferre gratiam ex opere operato activè est illam conferre secundum proprium valorem præter meritum operantis, ex opere operato passivè conferre gratiam est, cum solus Deus ad positionem talis operis activè produci-

ducit gratiam absque influente & movente valore ipsius operis. His suppositis

DICO I. *Sacramenta veteris Legis non habebant in se aliquam virtutem, quâ operarentur ad conferendam gratiam justificantem, sed solum signa erant fidei, per quam justificabantur . . . sanctificari dicebantur, quod applicabantur cultui Divino secundum ritum veteris Legis* S. Th. hic Q. 62. a. 6. O. & ad 2. sive Sacramenta veteris Legis non causabant gratiam sanctificantem ex opere operato activè, nec ipsa Circumcisio, sed in parvulis tantum ex opere operato passivè, in adultis verò ex opere operantis, ex opere verò operato causabant tantum gratiam legalem.

*Prima Pars probatur*: Si quis activus concursus ad justificationem conveniret Sacramentis antiquæ Legis, ille esset ex meritis Christi communicatus; cum omnis activus concursus Sacramentorum novæ Legis sive sit moralis sive physicus conveniat iis ex meritis Christi; atqui ex meritis Christi talis concursus non competit: quia nullum est fundamentum hoc adstruendi: cum sit specialis prærogativa Sacramentorum novæ Legis, quod succedant loco passionis Christi præteritæ, ideoque SS. PP. dicant illa fluxisse de latere Christi, sintque actiones ipsius Christi ceu agentis Principalis.

*Secunda Pars probatur*: Circumcisio dabat parvulis gratiam ex opere operato, ut prius dictum est, non activè; ut probat præcedens ratio; ergo passivè. Deinde Deus in circumcisione causabat gratiam in parvulis absque intuitu alicujus meriti tam ipsius parvuli, quem constat meriti fuisse incapacem, quam ministri vel Ecclesiæ: cum alteri de condigno mereri gratiam solum pertineat

ad

Da  
ad gratia  
rò de con  
cisionis et  
Tertio  
solum Deo  
tur ex op  
nequiden  
antiquæ L  
lum est f  
Sacramen  
non ex ci  
dat secun  
dum disp  
Confirma  
terant da  
tis, & fa  
abundan  
Sacramen  
activè sive  
recipiens  
consequa  
in adult  
menta ar  
dem gra  
sicut in  
tur grati  
perfecti  
hora fut  
expiatio  
larem &  
ut Sac  
nova.  
Qua  
antiqua  
actus lo

ad gratiam Christi tanquam Capitis, meritum verò de congruo est fallibile; effectus autem circumcissionis erat infallibilis.

*Tertia Pars probatur:* Quoties gratia datur à solo Deo secundum dispositionem suscipientis, datur ex opere operantis, & non ex opere operato, nequidem passivè; sed in omnibus Sacramentis antiquæ Legis gratia dabatur à solo Deo: quia nullum est fundamentum tribuendi illam efficaciam Sacramentis: quia Abraham dicitur justificatus non ex circumcissione sed ex fide, & Deus semper dat secundum ordinariam Legem gratiam secundum dispositionem suscipientis; ergo.

*Confirmatur:* Si Sacramenta antiquæ Legis poterant dare gratiam præter dispositionem recipientis, & facere ex attrito contritum, non erit major abundantia gratiæ in novæ quàm in antiquæ Legis Sacramentis; si enim physicè siue moraliter siue activè siue passivè Sacramenta concurrant, modò recipiens vi & ratione talis operis gratiam æquè consequatur, nihil recipientis interest; atqui si in adultis ex opere operato etiam passivè Sacramenta antiquæ Legis causarent gratiam, ipse eandem gratiam consequeretur vi & ratione operis, sicut in Sacramentis novæ Legis: licet forte dicatur gratiam in Sacramentis novæ Legis datam esse perfectiorem, attamen tunc in antiqua Lege faciliora fuissent media obtinendi gratiam: siquidem expiationes pro peccatis non requirebant particularem & auricularem accusationem peccatorum, ut Sacramentum Pœnitentiæ requirit in Lege nova.

*Quarta Pars probatur:* Quia Sacramenta Legis antiquæ reddebant aptos recipientes ad certos actus legales, & per receptionem circumcissionis fiebant

fiabant membra populi electi, & capaces aliorum Sacramentorum.

*Obj. 1.* Licet nostra Sacramenta non essent physica instrumenta Gratiae, adhuc tamen ex opere operato activè darent Gratiam; quia essent adhuc signa practica applicativa meritorum Christi, ad quorum positionem Deus confert gratiam præter dispositionem recipientis; ergo etiam saltem circumcisio ex opere operato activè confert gratiam propter eandem rationem.

*R. N.* Consequentiam cujus probat, distinguitur: quia essent adhuc signa practica, ad quorum positionem Deus confert gratiam respondentem valori morali ipsis Sacramentis ex passione Christi communicato Con. non respondentem ejusmodi valori N. Circumcisio autem non continet ejusmodi valorem, sed tantummodo promissionem seu pactum divinum remittendi originale peccatum ad talis signi protestativi positionem.

*Obj. 2.* Hoc ipso, quòd Sacramenta antiquæ legis sint signa practica gratiæ & figurativa passionis Christi, habent vim moraliter excitativam ad gratiam intuitu passionis Christi conferendam, atqui hoc sufficit, ut gratiam ex opere operato saltem passivè causent; ergo.

*R.* Si continerent antiquæ Legis Sacramenta valorem moraliter excitativum, hoc ipso, quòd essent signa practica gratiæ, haberent vim moraliter excitativam Con. Secus N. Sacramenta autem antiqua utpote vacua & egena Elementa valorem ex passione Christi derivatum non continebant.

*Obj. 3.* Licet circumcisio parvulis ex fide significata conferret primam gratiam, nihilominus illam conferebat ex opere operato saltem passivè; ergo licet adultis conferret gratiam ex fide vel in

vir-

D  
virtute  
re opera  
Deo pol  
parvulis.  
R. In  
rum &  
habuerit  
tendi pe  
ta per ci  
rit virtute  
in hoc v  
circumci  
in Chris  
cisionis  
habebat  
tum, in  
jectivè &  
tionem  
quod cu  
ferenda  
protesta  
sed fide  
nis tan  
exhibe  
parvul  
hil est  
passivè  
catio  
hæc er  
ptæ tar  
tionem  
solo pr  
tionem  
va pecc  
portion

virtute fidei significatæ, tamen conferebat ex opere operato: non enim minus circumcisio erat à Deo posita in signum fidei pro adultis, quàm pro parvulis.

℞. In hoc convenire circumcisionem parvulorum & adultorum, quod utrobique circumcisio habuerit annexam promissionem divinam remittendi peccatum originale in virtute fidei significatæ per circumcisionem, & quod nusquam habuerit virtutem seu valorem activum respectu gratiæ; in hoc verò esse discrimen, vel quod in parvulis circumcisio, tantum objectivè continebat fidem in Christum, quatenus nempe Minister Circumcisionis pro objecto intentionis saltem implicito habebat Christum mediatorem ab Ecclesia creditum, in adultis verò debebat continere fidem subjectivè & formaliter sumptam, tanquam dispositionem necessariam ad ipsam gratiam; hinc fit, quod cum parvulis esset promissa justificatio conferenda per circumcisionem, quatenus hæc erat protestativa non propriæ aut Ministrorum fidei, sed fidei Ecclesiæ, etiam ad positionem circumcisionis tanquam conditionis divinam promissionem exhibentis Deus independenter à dispositione vel parvuli vel ministri produxerit gratiam, quod nihil est aliud, quàm gratiam dari ex opere operato passivè. **E**contra cum adultis sit promissa justificatio conferenda ad circumcisionem, quatenus hæc erat signaculum propriæ fidei formaliter sumptæ tanquam necessariæ dispositionis ad justificationem nec Deus secundùm Legem ordinariam se solo producat formam gratiæ, nisi juxtà proportionem dispositionis, consequenter gratia remissiva peccati originalis conferebatur adultis juxtà proportionem suæ fidei; vel si fuerit necessaria ad effectum

Etiam circumcissionis in parvulo cauſandum fides miniſtri actualis & ſubiectiua ( ut ex ſuprà dictis probabile eſt ) ſufficiebat reſpectu parvuli fides informis, illa verò non erat ſufficiens ad obtinendam iuſtificationem adulti, ſed requirebatur fides charitate formata: quia fides informis non eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, ſed fides charitate formata, quod eſt adulto gratiam conferri ex opere operantis.

DICO 2. *Sacramenta nouæ Legis non ſolum ſignificant ſed cauſant gratiam* S. Th. hic Q. 62. a. 1. O

Concluſio eſt contra hæreticos, qui volunt, quòd Sacramenta nouæ Legis non ſint cauſa gratiæ, ſed ſolummodo ſigna diſtinctiua fidelium ab infidelibus, & ſigilla promiſſionum à Deo factarum, quæ fidem noſtram excitent & confirment; eſt autem definita in Concil. Trid. imò quòd cauſent gratiam *ſeſſ. 7. de Sacramentis Can. 6.* his verbis: *Si quis dixerit Sacramenta nouæ Legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicere non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ vel iuſtiæ & nota quedam Chriſtiana Profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, Anathema ſit.* Deinde, quod cauſent ex opere operato *ibid. Can. 8.* *Si quis dixerit, per ipſa noua Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuina promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere Anathema ſit*

*Probatur 1. Authoritate S. Script. & SS. PP.* Joan. 3- v. 5. de Baptiſmo dicitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei.* ubi particula *ex:* dicit propriam cauſalitatem, Similiter S. Aug. Tract. 80.

De  
in Joan.  
elementum  
tanta virt  
uerbo? A  
bis impoſſi  
eſt, nam  
lueret aqu  
Ut illam ſa  
bo vita A  
nia dicitur  
ex aliis Scr  
fic de Eu  
manducati  
Probata  
ba Sacram  
veritate ſu  
internæ co  
ergo illam  
Deinde  
abſurda,  
ret ad ſalu  
enim ne  
pientis a  
Chriſti n  
nis. 3. id  
ejuſdem  
ſiquidem  
Sacramen  
vim & ef  
gis, qu  
tandem ſi  
ignora re  
quippe in  
Porro Tex  
nem addu

in Joan. Postquam dixisset : *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum* subjungit *Unde ista tanta virtus, ut corpus tangat, cor abluat nisi faciente verbo?* Ambros. L. 2. de Pœnit. Cap. 2. *Quod nobis impossibile impetratu videtur, Deo donare possibile est, nam & impossibile videbatur, ut peccatum ablueret aqua &c.* ad Ephes. 5. v. 26. dicit Apost. *Ut illam sanctificaret mundans lavacro aqua in verbo vite* Act. 22. v. 16. refert S. Paulus sibi ab Anania dictum : *Baptizare & ablue peccata tua.* Idem ex aliis Script. locis probatur de aliis Sacramentis : sic de Eucharistia Joan. 6. v. 58. dicitur : *Qui manducat me, & ipse vivet propter me.*

*Probatur 2. Ratione* : Impossibile est, ut verba Sacramentorum divinitus instituta fallantur in veritate suæ significationis ; sed significant gratiæ internæ collationem & remissionem peccatorum ; ergo illam conferunt.

Deinde ex errore hæreticorum varia sequuntur absurda, 1<sup>o</sup> Bapismus parvulis non conduce-  
ret ad salutem præsertim ab hæreticis collatus : tunc enim nec ex parte conferentis nec ex parte suscipientis adest ulla excitatio fidei. 2<sup>o</sup> Bapismus Christi non esset efficacior quàm Bapismus Joannis. 3<sup>o</sup> Sacramenta picta, audita, lecta essent ejusdem efficacitæ, quàm si re ipsa recipiantur : siquidem ut sic habent vim excitandi fidem 4<sup>o</sup> Sacramenta novæ Legis non haberent majorem vim & efficaciam, quàm Sacramenta antiquæ Legis, quæ haud dubiè poterant fidem excitare. tandem si forma Sacramentorum proferatur linguâ ignotâ recipienti, Sacramenta essent inefficacia ; quippe inepta ad excitandam fidem in recipiente. Porro Textus ab hæreticis contrâ hanc conclusionem adducti sunt exponendi vel hoc sensu quod Sa-



cramenta non sint Causæ principales gratiæ, sed solus Deus, vel quod requirantur in adultis actus Fidei aliarumque Virtutum, per modum dispositionis, non autem per modum causæ ipsius gratiæ.

DICO 3. *Sacramentum novæ Legis est instrumentalis gratiæ causa, unde gratia est in Sacramento novæ Legis . . . secundum quandam instrumentalem Virtutem, quæ est fluens & incompleta in esse nature.* S. Th. hic Q. 62. a. 3. O sive Sacramenta causant gratiam non tantum moraliter instrumentaliter, sed etiam physicè.

*Prima Pars probatur:* Sacramenta à Christo instituta sunt operationes, per quas Christus tanquam suas & à se imperatas exhibet Deo valorem meritorium suæ passionis in ordine ad determinatum effectum, cuius valoris intuitu Deus producit & confert gratiam supra vel præter omne meritum & dispositionem recipientis; atqui hoc est causare gratiam moraliter; ergo Sacramenta causant gratiam moraliter.

*Secunda Pars probatur:* Sacramentis ex se non competit ulla virtus meritoria aut satisfactoria multò minus consultoria vel suasiva; ergo sunt tantum causa moralis instrumentalis, quæ suo modo movet causam physicam ad producendum effectum, quatenus est subordinata causæ principali morali, ac habet virtutem causæ principalis in se moraliter derivatam: Sacramenta enim novæ legis sunt Christo subordinata tanquam causæ meritorie principali, quia sunt moraliter ipsius actiones: Christus enim est, qui baptizat, confirmat, absolvit &c. habent igitur valorem & pretium passionis & meritorum Christi conjunctum: cum enim Christus hæc Sacramenta instituerit, ut per illa fidelibus applicaretur virtus & efficacia suæ passionis,

D  
ac ut tali  
nem me  
dem virt  
virtutem  
Tertia  
sunt caul  
tiam, si  
prio sunt  
convenie  
tis Sacram  
& SS, PP  
licer de f  
cramenta  
tiæ, si ra  
atqui Scri  
cti afferu  
nec sid ef  
SS, PP, d  
regenerat  
cepta figr  
Deinde  
Etum gra  
humanit  
materia  
conjunct  
ac patra  
ergo eti  
conferat  
menta  
tamen si  
Theolog  
mentum  
spiritus c  
strument

Pars

ac ut taliter acceptarentur à Deo, per suam passionem meritis fuerit, hinc eo ipso habent eandem virtutem sibi conjunctam, & rectè dicuntur virtutem passionis Christi continere.

*Tertia Pars probatur*: Sacramenta novæ Legis sunt causæ instrumentales physicæ causantes gratiam, si Scriptura & SS. PP. semper in sensu proprio sunt explicandi, si aliunde non sequatur inconveniens, in præsentiautem materia causalitatis Sacramentorum recurrendum est ad Scripturam & SS. PP. cum sit quæstio solius facti: an videlicet de facto Christus instituerit, & voluerit Sacramenta esse causas físicas instrumentales gratiæ, si tales esse non involvat contradictionem; atqui Scriptura & SS. PP. in proprio sensu intellecti asserunt Sacramenta physicè causare gratiam, nec id est impossibile; nam imprimis Scriptura & SS. PP. dicunt Sacramenta mundare, sanctificare, regenerare, abluere, nutrire, quæ in sensu proprio accepta significant virtutem & operationem physicam: Deinde talis virtus & operatio physica ad effectum gratiæ non implicat: quia Christus per suam humanitatem, quæ etiam erat aliquid naturale, materiale & physicum tanquam instrumentum conjunctum physicè causavit & contulit gratiam, ac patravit miracula juxta S. Th. hic Q. 13, a. 2. ergo etiam non implicat, quod Christus physicè conferat gratiam per Sacramenta, tanquam instrumenta physica separata. Item ignis infernalis, tametsi purè materialis, juxta communioem Theologorum Sententiam, est physicum instrumentum Divinæ Justitiæ ad torquendas animas & spiritus damnatos; ergo etiam aqua potest esse instrumentum Divinæ misericordiæ ad emundandam

animam & causandam gratiam, nec ulla assignari potest implicancia, cur causa materialis non possit à Deo elevari ad instrumentaliter producendam & educendam qualitatem spiritualem gratiæ; ergo non implicat Sacramenta physicè instrumentaliter causare gratiam.

*Obj. 1.* juxtà Trid. Sess. 5. in Decret. de peccato originali: Anathema sit ille, qui dixerit peccatum originale per aliud remedium tolli, quàm per meritum unius mediatoris Christi, & Sess. 6. cap. 7. de Justif. dicitur Christus causa meritoria nostræ justificationis; ergo datur sola causa moralis gratiæ & non causa physica.

*R.* Christus suâ passione meruit efficaciam physicam Sacramentorum, ideoque unicum radicale & principale medium delendi peccatum originale est meritum Christi; cui non obstat, quòd Sacramenta physicè instrumentaliter causantia gratiam sint comparativè ad Christum meritoriè operantem instrumenta moralia, comparativè autem ad Christum quàm Deum principaliter gratiam producentem sint instrumenta physica.

*Obj. 2.* Omnis virtus causativa Sacramentorum derivatur ex passione Christi; atqui ab hac in Sacramenta non potest derivari virtus physica, sed tantum moralis: cùm passio Christi jam transierit, & non amplius jam sit existens, ac proinde nihil physicè causare possit: causalitas enim physica causæ efficientis existentiam causæ physicam præsupponit.

*R.* Passio Christi, quæ jam physicè transit, non potest tribuere virtutem physicam modo physico, transeat, modo morali & meritorio N. sufficet igitur, quòd ipsa physica virtus Sacramentorum derivetur ex passione Christi tanquam causâ meritoriâ, non

D  
non quic  
tamen a  
dona lu  
Dixi tra  
& physio  
torum: r  
cipalis me  
menti; q  
ratione su  
man: tatis  
te Sacram  
ter physio  
*Obj. 3.*  
mentalis:  
scepto hie  
per poeni  
ptum rem  
Quæst. d  
istit; atq  
te physio  
gratiam.  
*R.* C  
producen  
signa pat  
cendam g  
si aliquat  
ne in sui  
tiam phy  
moraliter  
istentia in  
cendam g  
*Obj. 4.*  
in rem sp  
ferri extrâ  
potest div

non quidem amplius physicè existente, moraliter tamen adhuc in mente divina existente nobisque dona supernaturalia gratiæ & gloriæ merente. *Dixi transeat*: nam passio Christi utroque modo & physicè & moraliter causat effectum Sacramentorum: moraliter quidem per modum causæ principalis meritorijæ, physicè verò per modum instrumenti; quamvis enim non existat amplius physicè ratione sui, existit tamen ratione subjecti & humanitatis passæ, ratione cujus producit & mediante Sacramento & extra Sacramentum instrumentaliter physicè effectus supernaturales gratiæ.

*Obj. 3.* Sæpe non existit amplius actio Sacramentalis, dum causatur gratia: ut dum prius suscepto fictè Sacramento postmodum tollitur obex per pœnitentiam, Sacramentum fictè ante susceptum remoto obice causat gratiam, ut sequente Quæst. dicemus; & tamen tunc non amplius existit; atqui illud, quod nec in se nec in sua virtute physicè existit, non potest physicè producere gratiam.

*R.* Cùm Sacramenta præter physicam virtutem producendi habeant virtutem moralem tanquam signa passionis Christi movendi Deum ad producendam gratiam intuitu meritorum Christi, ideo si aliquando per accidens ex obice impediuntur, ne in sui susceptione, cùm existunt physicè, gratiam physicè producant, illam tunc producant moraliter remoto obice: quia adhuc moraliter existentia in acceptatione divinâ moraliter ad producendam gratiam concurrunt.

*Obj. 4.* Nulla res corporea potest agere physicè in rem spiritualem: nulla enim potentia potest ferri extrâ limites sui objecti, ideoque nec oculus potest divinitus audire sonum, nec divinitus ele-

vari ad videndum Deum vel Angelum; atqui Sacramenta sunt res corporales; ergo nequidem divinitus possunt agere in animam spirituales, ac in illa physicè producere gratiam.

**R.** Nulla potentia potest ferri extrà limites sui objecti, si sit vitaliter & principaliter operativa. **Con.** si sit instrumentaliter operativa. **N.** *Ratio disparitatis est:* quia virtus principalis ab objecto & termino adæquato speciem sumit essentialem, unde si limites objecti prætergrederetur, jam destrueretur species nec eadem virtus principalis maneret; instrumentum autem quò instrumentum est, non alios habet terminos, quàm agens principale assumens instrumentum: cum non in sua sed agentis principalis virtute agat; quia igitur Deus, cuius virtus operandi est infinita, tam corporalia quàm spiritualia producere potest, etiam instrumenta Dei elevari possunt ad effectus quamlibet virtutem instrumenti excedentes; quod autem oculus non possit elevari ad videndum Deum vel audiendum sonum. *Ratio est:* quia potentia visiva est potentia vitalis; potentia verò vitalis per ordinem ad actum vitalem est essentialiter causa principalis, unde non potest elevari ultrà objectum specificativum, quod est coloratum.

**Obj. 5.** Gratia aut creatur aut actione perfectiore, quàm sit creatio producitur: cum sit perfectius Ens, quàm Entia naturalia, quæ creantur; atqui nulla creatura potest esse instrumentum physicum creationis; ergo nec productionis gratiæ.

**R.** Impotentiam creaturæ ad creandum instrumentaliter oriri ex eo, quòd creatio nullum præsupponat subjectum, circà quod instrumentalis actio exerceatur; justificatio autem vel productio gratiæ præsupponit potentiam obedientialem ani-

De  
ma, ex  
ctionem  
quæ edu  
naturalis  
est perfec

*Obj. 6*  
cant, de  
secundum  
impotens  
cedentem  
nisi intrin  
hil potest  
fecit robo  
supernatur  
est corpor  
addita sit  
ritualem;  
natum ad  
cramento  
poreo; c  
cipientis  
tus corro  
in parte S  
cramentu  
niens tra  
enim illa  
fecari noc  
menti rec  
menti rec  
sunt etiam

Ad ha  
cum Tho  
torum ad  
tione divi  
dam pote

ma, ex qua educatur gratia; unde ad talem educationem potest assumi & divinitus elevari creatura, quæeductio, licet sit perfectior creatione Entis naturalis quoad terminum productum, non tamen est perfectior quoad modum producendi.

*Obj 6.* Ut Sacramenta physice gratiam producant, debent in actu primo perfici, ut in actum secundum prorumpant: quod enim intrinsecè est impotens ad producendum aliquem effectum excedentem vires suas, manebit semper impotens, nisi intrinsecè perficiatur; atqui in Sacramentis nihil potest assignari, per quod Sacramentum intrinsecè roboretur, & fiat potens producere effectus supernaturales: quia quidquid recipiet, illud vel est corporeum vel spirituale: si illa virtus superaddita sit corporea, nihil juvabit ad effectum spirituales; cum omne corporeum sit improporionatum ad effectum spirituales; si virtus data Sacramento sit spiritualis, non poterit recipi in corporeo: cum, quidquid recipitur, ad modum recipientis recipiatur. *Adde:* vel illa spiritualis virtus corroborans recipitur in toto Sacramento, vel in parte Sacramenti, non in toto: quia, cum Sacramentum sit Ens successivum, illa virtus adveniens transfret de subjecto in subjectum: cum enim illa virtus sit indivisibilis utpote spiritualis, secari non potest, ut in diversis partibus Sacramenti reciperetur; non autem in partibus Sacramenti recipitur: quia partes totius Entis successivi sunt etiam successivæ.

Ad hanc objectionem respondent aliqui, qui cum Thomistis Causalitatem Physicam Sacramentorum admittunt; virtutem, quæ res creata in ratione divini instrumenti constituitur, esse quandam potentiam obedientialem activam omnibus

creaturis ingenitam, ratione cujus possit Deus absque ullius virtutis additamento quolibet creato ad quodlibet instrumentaliter uti; verum conformiter ad principia Philosophica à Thomistis in Tractatu de Causis tradi solita

**R.** Quòd Sacramenta intrinsecè eleventur per aliquam virtutem incompletam & transeuntem instar motionis reductivè pertinentis ad genus qualitatis, quæ quidem virtus est spiritualis & supernaturalis: quippe per se est ordinata ad producendum terminum spiritualem & supernaturalem, quo non obstante recipi potest in subjecto corporeo: tum quia accidens viale, quod non per se ordinatur ad perfectionem subjecti, sed ad productionem termini, non tam subjecto quàm termino debet proportionari; terminus autem hic est spiritualis: tum quia non recipitur hæc virtus spiritualis in subjecto ratione potentia naturalis, sed obedientialis, nec in re materiali, quatenus est corpus sed quatenus est Ens creatum creatori obedientialiter subditum; illud autem **Axioma**: quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur: intelligendum est de illis qualitatibus, quæ sunt permanentes & per se ordinatæ ad perfectionem intrinsecam sui subjecti, porro hæc motio vel qualitas elevans imprimitur in indivisibili terminativo actionis Sacramentalis, in quo ultimò completur significatio Sacramentalis, & habetur Sacramentum in facto esse.

**Obj. 7.** Juxtà principia Thomistarum est de ratione instrumenti; quod dispositivè operetur ad effectum principalis agentis, ac habeat aliquam actionem præviã propriam, quæ elevationem instrumenti saltem naturã præcedat, ex quo Capite probat *S. Th. 1. p. 4. q. 45. a. 5.* Nullam creaturam

D  
turam p  
non pot  
mentum  
quæ disp  
purè spiri  
R. In  
semper ad  
ra vehicu  
principali  
vè deservi  
strumenta  
cundæ siv  
beat instru  
propriam  
accommo  
racteres n  
calamum.  
etiam qu  
etiam qua  
rento, ut  
legitur C  
cum illuc  
instrume  
nandum  
nem phy  
ut anima  
lutionis,  
linit, ut  
**Obj. 8.**  
in quod a  
detur act  
esse imm  
porea neq  
**R. 1. S**  
junctum c

turam posse esse instrumentum creationis; atqui non potest aliquid corporeum, quale est Sacramentum, exercere aliquam actionem propriam, quæ disponat ad effectum gratiæ, utpote formæ purè spiritualis.

R. Instrumenta etiã divinæ virtutis habent semper actionem propriam; aliàs enim forent mera vehicula & media delativa actionis agentis principalis, cui non coagerent, sed merè passivè deservirent; hoc tamen est discrimen inter instrumenta causæ primæ, & instrumenta causæ secundæ sive creatæ, quod causa secunda talia debeat instrumenta assumere, quæ habeant actionem propriam non utcunque sed effectui producendo accommodatam; sicut Scriba ad formandos characteres non assumit pro instrumento cultrum, sed calamum. Deus autem utpote omnipotens potest etiã quolibet instrumento disparato uti, quin etiã quandoque assumit instrumentum effectui intento, ut nobis videtur, contrarium; sic in Evang. legitur Christus, liniendo oculos cæci luto, cæcum illuminasse, cum lutum videatur potius esse instrumentum ad excæcandum, quàm ad illuminandum; habent igitur omnia Sacramenta actionem physicam v. g. aqua Baptismi corpus abluit, ut animam mundet, Sacerdos profert verba absolutionis, ut animam sanet, Sacra Unctio corpus linit, ut animam roboret &c.

*Obj. 8.* Instrumentum debet esse cum passo, in quod agit, immediate conjunctum; cum non detur actio in distans; atqui res corporea nequit esse immediatè conjuncta animæ; ergo res corporea nequit physicè in anima producere gratiam.

R. 1. Sufficiens esse, quod instrumentum sit conjunctum composito, tametsi parti, cui immediatè



imprimis effectum, non immediatè conjungatur, vel illam tangat.

R. 2. Instrumentum physicum causæ secundæ debet esse immediatè conjunctum passo Con. Instrumentum physicum causæ primæ debet esse immediatè conjunctum passo N. sic humanitas Christi in cælo existens in nobis producit instrumentaliter physicè gratiam, quos tamen non contactu suppositi, sed duntaxat contactu virtutis & causalitatis contingit; cujus ratio est. quia Deus, cujus sunt instrumenta, est immensus; atque proinde licet subjecto distantia non adsit causa instrumentalis, adest tamen causa principalis, in cujus solius virtute operatur Sacramentum.

*Obj ult.* Si Sacramenta causent physicè gratiam, illam vel causabunt in instanti iniciativo, in quo sunt Sacramenta in fieri, vel in instanti terminativo, in quo completur significatio Sacramentalis, & sunt Sacramenta velut in facto esse, vel illam causabunt tempore intermedio; atqui Sacramenta non causant physicè gratiam in instanti iniciativo; quia tunc nondum sunt Sacramenta, actio enim Sacramentalis, quia est aliquod Ens successive incipit per ultimum sui non esse, sive in instanti (ut loquuntur Philosophi) extrinseco, in quo verum est dicere: jam non est actio Sacramentalis, & immediatè post erit; non etiam in instanti terminativo: quia tunc Sacramentum fuit, & non amplius est: nam in instanti terminativo aliquis successivi verum est dicere: jam non est amplius successive, & immediatè ante fuit; denique gratiam non causant in tempore intermedio: quia tunc significatio Sacramentorum nondum est completa.

R. Sacramenta in usu consistentia causare instru-  
men-

De  
mentaliter  
tunc non  
q. 75. a.  
cramenta  
conversio  
rum, tu  
qua est e  
a. 4. ad 3  
horum Sa  
qua in pro  
in ultimo  
ba conseq  
ad praece  
Cui no  
stanti res  
cet Sacra  
secundum  
ac præter  
esse, vel  
et si sit e  
tamen  
comple  
termina  
illa tan  
ti term  
Sacram  
tum p  
successi  
produc  
mutatu  
trinsec  
bile te  
gratiam  
quando  
vitur,

mentaliter gratiam in instanti terminativo, si pro  
 tunc non ponatur obex: ut colligitur ex S. Th. hîc  
 q. 75. a. 7. ad 3. ubi explicans conversionem Sa-  
 cramentalem Panis in Corpus Christi dicit: *Ista  
 conversio fit in ultimo instanti prolationis verbo-  
 rum, tunc enim completur verborum significatio,  
 qua est efficax in formis Sacramentorum & Q. 78.  
 a. 4. ad 3. ait: Vis conversiva, qua est in formis  
 horum Sacramentorum, consequitur significationem,  
 qua in prolatione ultima dictionis terminatur; & ideo  
 in ultimo instanti prolationis verborum, predicta ver-  
 ba consequuntur hanc virtutem, in ordine tamen  
 ad precedentia.*

*Cui non obstat:* Quod Sacramenta in illo in-  
 stanti terminativo non amplius existant: quia li-  
 cet Sacramenta in ultimo indivisibili non existant  
 secundum rationem motus, & partes successivas  
 ac præteritas, existunt tamen secundum mutatum  
 esse, vel secundum indivisibile extrinsecum, quod,  
 etsi sit extrinsecum motui in ratione termini, est  
 tamen complementum intrinsecum in ratione  
 completi significativi, & quamvis in illo instanti  
 terminativo non sit actio sacramentalis formaliter,  
 illa tamen adhuc extat virtualiter, quia in instan-  
 ti terminativo motus sacramentalis manet virtus  
 Sacramenti: quia manet terminus per Sacramen-  
 tum productus cum habitudine ad varias partes  
 successivas præteritas, in termino accipitur virtus  
 productiva gratiæ, & iste terminus est ultimum  
 mutatum esse, quod mensuratur illo instanti ex-  
 trinsecè terminativo motûs, illud autem indivisi-  
 bile terminativum, in quo Sacramenta causant  
 gratiam, aliquando est terminativum formæ,  
 quando nimirum actio sacramentalis citius absol-  
 vitur, quam prolatio formæ; aliquando est ter-

minativum materiæ; quando videlicet verba formæ istius absolvuntur; aliquando est terminativum utriusque, quando nimirum simul absolvuntur. Semper tamen toti Sacramento effectus est adscribendus: Siquidem illud indivisibile terminativum non aliter habet virtutem productivam gratiæ, nisi quatenus est complementum totius Sacramenti.

DICO 4. *Ordinantur Sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana.* S. Th. hic Q. 62. a. 2. O.

*Explico:* Omnia Sacramenta sunt instituta ad causandam gratiam: aliqua per se ad causandam gratiam primam videlicet Baptismus & pœnitentia, quæ idè dicuntur Sacramenta mortuorum, alia verò per se conferunt gratiam secundam; quæ idè dicuntur Sacramenta vivorum, quæ tamen per accidens aliquando causant gratiam primam. Cum quo stat, quod gratia una à Sacramentis vivorum & 2da à Sacramentis mortuorum causetur attentâ saltem genericâ Sacramentorum ratione per se quantum est ex parte Sacramentorum, quia ex divina institutione, sed per accidens ex parte suscipientis.

*Prima Pars probatur:* Illa Sacramenta per se conferunt gratiam primam, quæ ad delendum peccatum mortale per se sunt instituta: quia gratia remissiva peccati mortalis est prima gratia, cum faciat de injusto justum, de inimico amicum Dei; atqui Baptismus & pœnitentia sunt per se instituta ad delendum peccatum mortale, Baptismus ad delendum peccatum originale, & pœnitentia ad delendum mortale actuale post Baptismum commissum.

*Dixi per se:* Quia licet illa Sacramenta sint instituta ad causandam primam gratiam, cum tamen ille, qui ad Sacramenta illa accedit perfectè contritus,

De  
tritus, vit  
rit, Conci  
ramenta e  
potentibus  
pœnitentia  
obicem gr  
Sacrament  
non possint  
tur haberi v  
riam 2dam  
Secunda  
causant gra  
ad augenda  
te; atqui Sa  
ad augendi  
Tertia  
egrotus me  
Sacramentu  
dendum est  
gratiam:  
possit habe  
præmittere  
cem huc s  
causate 2da  
tunc per ac  
eti non ha  
tionem gra  
stia, cum  
jus peccati  
tritus, vel  
cram Syna  
gratiæ, ne  
sequitur g  
nentibus e  
su non præ

tritus, virtute contritionis primam gratiam receperit, Concilium autem Tridentinum definiat, Sacramenta ex opere operato causare gratiam in non potentibus obicem, talis verò contrito corde ad penitentiam vel baptismum accedens nullum obicem gratiæ ponat, ut patet, sequitur: quod Sacramenta illa mortuorum in tali contrito, cum non possint causare gratiam primam, quæ supponitur haberi vi contritionis perfectæ, causabunt gratiam secundam vel augmentum gratiæ.

*Secunda Pars probatur:* Illa sacramenta per se causant gratiam secundam, quæ sunt per se instituta ad augendam & perficiendam gratiam in suscipiente; atqui Sacramenta vivorum per se sunt instituta ad augendam gratiam; ergo.

*Tertia Pars probatur:* Sæpè contingit, quod ægrotus morti proximus non possit suscipere, nisi sacramentum extremæ Unctionis, quo casu credendum est, illud sacramentum conferre primam gratiam: cum enim ob angustiam temporis non possit habere perfectam contritionem, nec valeat præmittere confessionem, non ponit voluntariè obicem huic sacramento; ideoque illud, cum non possit causare secundam gratiam, causabit primam, quæ tamen tunc per accidens erit prima videlicet ratione subiecti non habentis ante actualem sacramenti susceptionem gratiam. Idem est de sacramento Eucharistiæ, cum aliquis cum ignorantia inculpabili alicujus peccati mortalis, de quo non est perfectè contritus, vel non est validè absolutus, accedit ad sacram Synaxin, existimans bonâ fide se esse in statu gratiæ, non ponit obicem sacramento; ergo consequitur gratiam; cum sacramentum in non ponentibus obicem causet gratiam; atqui in tali casu non præcisè consequitur gratiam secundam: siquidem

dem supponitur ante Sacramentum non fuisse in gratia; ergo consequitur gratiam 1<sup>am</sup>.

*Obj. 1.* Cibus corporalis, quantumcunque applicetur mortuo, non potest illi vitam conferre; ergo Sacramentum Eucharistiæ, quæ est cibus spiritualis, non potest mortuo spiritualiter vitam gratiæ, quæ est 1<sup>a</sup> gratia etiam per accidens restituere.

*R. N.* Consequentiam disparitas est: Tum quia cibus corporalis est mortuus & à vivente per potentiam nutritivam vel augmentativam convertitur in substantiam aliti, cibus autem spiritualis Eucharistiæ est ipse author vitæ spiritualis, qui per gratiam nutritivam convertit comedentem in se; tum quia mortuus corporaliter nullum habet in se principium vitæ, quo possit convertere in se cibum corporalem, at mortuus spiritualiter per peccatum mortale habet in se principium vitæ spiritualis videlicet actus fidei, spei, attritionis, quibus mediantibus potest prodesse illi cibus spiritualis, qui de se est efficax & potens vivificare hominem etiam spiritualiter mortuum, si ipse non resistat, tum quia potentia augmentativa & nutritiva sunt potentiae naturales hominis præsupponentes vitam in homine, Sacramenta autem sunt instrumenta divinæ virtutis supernaturaliter elevata, ac possunt, quidquid vult principalis per illa operari, unde si causa principalis illa applicet ad 1<sup>am</sup> vel 2<sup>am</sup> gratiam producendam, illam producant.

*Obj. 2.* Sacramenta vivorum possunt causare, quod possunt significare; sed Eucharistia non significat 1<sup>am</sup> gratiam: quia significat gratiam nutritivam & per modum cibi spiritualis præsupponentis vitam spiritualem; ergo nullo modo illam causat.

R.

Di  
R. 1.  
significat  
dens N.  
cedere sig  
R. 2.  
nem (per  
tum, sig  
tionem g  
menta C  
cant & p  
cipalis il  
nem, si  
se dispon  
cunda gr  
Q. C  
fufcipier  
R. 1.  
fufcipier  
dispositi  
ctus Sac  
mentat  
signific  
divina  
ferendi  
rit, ut  
ditione  
tamen  
tum gr  
ad veri  
que in  
falsam  
dignè d  
R. 2.  
da, deb  
hæc Sac

R. 1. Sacramenta id solum causant per se, quod significant Con. id solum causant etiam per accidens N. causalitas etenim per accidens potest excedere significationem Sacramenti.

R. 2. Sacramenta vivorum juxta significationem specificam, in quantum sunt tale Sacramentum, significant 2dam gratiam; at secundum rationem genericam Sacramenti, & ut sunt instrumenta Christi, qui est fons omnis gratiæ, significant & producunt gratiam, ad quam causa principalis illa vult applicare juxta subjecti dispositionem, sive illa sit prima gratia, eò quod subjectum se disponens gratiam nondum habeat, sive sit secunda gratia.

Q. Quæ dispositio requiratur ad dignè & licitè suscipienda Sacramenta?

R. 1. Generaliter ad omnia Sacramenta dignè suscipienda in adultis requiritur recta fides, & ea dispositio ac præparatio, ut non impediatur effectus Sacramentorum: quia alias injuriose Sacramentum tractat, quantum est de se reddens falsam significationem Sacramenti, quod ex institutione divina practicè significat effectum gratiæ à se conferendum; licet enim Deus Sacramenta instituerit, ut illa practicè significarent gratiam sub conditione: si adesset in subjecto debita dispositio; hæc tamen dispositio, quæ est conditio, ut Sacramentum gratiam causet, cadit sub præcepto in ordine ad verificandam significationem Sacramenti, ideoque indispositè accedens, quantum est ex parte sua, falsam reddit significationem Sacramenti; ergo indignè & illicitè Sacramentum recipit.

R. 2. Ad Sacramenta vivorum dignè recipienda, debet abesse conscientia peccati mortalis; quia hæc Sacramenta, ut effectum habeant, per se &

ex vi suæ significationis præsupponunt statum gratiæ. *Dixi*: Peccati mortalis: quia veniale peccatum non impedit licitam receptionem Sacramenti: quia non impedit effectum primarium: nempe gratiæ sanctificantis infusionem & augmentum: veniale enim peccatum non opponitur charitati & gratiæ, ideoque non est simpliciter obex Sacramenti, potest tamen impedire aliquem effectum secundarium: ut istiusmet peccati venialis remissionem, abundantiora auxilia gratiæ aliàs concedenda, maiorem devotionem, ideoque consultum est, ut Sacramenta absque actuali affectu ad peccatum veniale suscipiantur.

*R.* 3. Verius videtur, quod conscius peccati mortalis, priusquam suscipiat Sacramentum vivorum, teneatur sacramentaliter confiteri habitâ copiâ Confessarii: quia cum talis peccator prudenter dubitare possit, an extrâ Sacramentum fuerit consecutus justificationem per contritionem perfectam, quæ non est tam facilis, exponit se periculo suscipiendi Sacramentum vivorum in statu inimicitia cum Deo, si remedium securius paratum scilicet absolutionem sacramentalem, quam facile habere possit, amplecti renuat; sicut enim aliquis in periculo mortis pro evitanda morte imprudenter negligeret medium certius, ita pro impetrandâ vitâ spirituali & augmento gratiæ imprudenter negliget Sacramentum pœnitentiæ.

*R.* 4. Ut adultus conscius peccati mortalis licitè & dignè suscipiat Sacramenta mortuorum, requiritur aliquis dolor supernaturalis de peccatis: quia nullum peccatum mortale sine aliquo motu supernaturalis pœnitentiæ remittitur, ut docet Trid. sess. 6. de Justif. cap. 6. & sess. 14 de pœnit. cap. 4. Qualis autem hic dolor esse debeat, dicetur de Sacramentis in specie.

QUÆ

An, qu

SI cum  
dignè  
quod alia  
quod susci  
piendi, q  
ret impedi  
tum inval  
impedime  
non potest  
nisi remoc  
simulet in  
marium e  
Sacramen  
pediente  
ceptum d  
non sit ef  
tutum est  
entis.

DICO

tum, quod  
Q. 66. a.  
remoto o  
matione  
Sacramen  
Sacramen  
qua tantu  
Prima  
tur remoc  
Baptismu  
non poss

## Q U Æ S T I O III.

*An, qua, & quomodo Sacramenta fictè suscepta  
causent gratiam?*

**S**I cum obice impediente effectum gratiæ & indignè Sacramentum suscipiatur, Sacramentum, quod alias validum est, dicitur fictè suscipi, non quod suscipiens simulet, se habere animum suscipiendi, quem tamen non habeat, aut quod laboret impedimento aut defectu reddente Sacramentum invalidum, ut in matrimonio contracto cum impedimento dirimente: tunc enim Sacramentum non potest reviviscere, aut effectum gratiæ causare, nisi remoto tali obice de novo suscipiatur, sed quod simulet internam dispositionem requisitam ad primum effectum Sacramenti, videlicet gratiam; Sacramentum etiam taliter cum indispositione impediens effectum & non valorem Sacramenti susceptum dicitur Sacramentum informe, non quasi non sit essentialiter integrum, sed quia est destitutum effectum gratiæ ob indispositionem suscipientis.

**DICO.** *Pœnitentiâ superveniente tollitur peccatum, quod impediēbat effectum Baptismi.* S. Th. hic Q. 66. a. 9. ad 1. Sive Baptismus fictè susceptus remoto obice causat gratiam. Idem est de Confirmatione & ordine, & probabilius videtur de aliis Sacramentis, remoto tamen obice Eucharistia & Sacramenta imprimētia characterem physicè, reliqua tantum moraliter causant gratiam.

**Prima Pars probatur:** Si Baptismus fictè susceptus remoto obice non causaret gratiam, adultus, qui Baptismum cum impedimento gratiæ suscepisset, non posset salvari, quod repugnat divinæ misericordiæ



cordiæ & providentiæ, quæ omnibus, quamdiu sunt in via, misericorditer media sufficientia offert. Ratio autem quare salvati non possent, est: quia non possent liberari à peccato originali, à quo adulti expiantur solum per Baptismum vel in re vel in voto susceptum: nam peccatum originale & actualia ante Baptismum commissa non sunt materia alterius Sacramenti; atqui talis adultus non posset Baptismum de novo in re suscipere: quia est Sacramentum initerabile; non etiam in voto; quia contritio subsequens Baptismum non potest includere votum Baptismi.

*Secunda Pars probatur:* Quamvis Confirmatio & ordo non sint Sacramenta tantæ necessitatis, quantæ est Baptismus, sunt tamen initerabilia, ratione impressi Characteris, & collocant hominem in quodam immutabili statu; ergo sicut Baptismus propterea remoto obice confert gratiam, ita etiam Confirmatio & ordo cū fictione suscepta conferunt gratiam remoto obice, ne aliàs suscipientes fructu talium Sacramentorum, quo indigent tamen ad munus suum ritè exequendum, perpetuò carere debeant. Cujus ulterior ratio esse potest: quia Sacramenta conferunt gratiam, quando in subjecto disposito existunt vel secundum se vel secundum aliquid sui videlicet secundum effectum à se relictum; atqui Sacramenta imprimunt Characterem remoto obice existunt in subjecto disposito, non quidem secundum se, sed secundum characterem à se impressum, & secundum statum immutabilem, in quo suscipientes collocant.

*Tertia Pars probatur:* Sacramenta validè suscepta conferunt gratiam in subjecto non impedito; atqui etiam cætera Sacramenta, tamen si primitus eum impedimento impediante effectum gratiæ sunt suscepta,

D  
suscepta  
posito; e  
Cui no  
do remo  
sent; sus  
ficio vel n  
existant;  
moto obi  
quamdiu  
in seipsâ  
suerit grat  
remoto p  
flentes cau  
quia Sacra  
fectu exist  
Sacramen  
vivi & r  
causat, &  
bilis, gra  
verum tr  
ne nullu  
Sacramen  
tatione  
pœnitent  
dum & in  
manet m  
ves Eccle  
cata validè  
non inval  
volunt) g  
tamen pec  
nuò confi  
sionis dire  
nem obic  
tio, cum  
Pars 2

suscepta, remoto tamen obice sunt in subjecto disposito; ergo conferunt gratiam.

*Cui non obstat*: quod non existant physicè, quando removetur obex; ad hoc enim ut gratiam causent; sufficit, quod vel in se vel in effectu suo physico vel morali vel saltem in acceptatione divina existant; atqui hoc modo omnia Sacramenta remoto obice existunt; nam imprimis Eucharistia, quamdiu species nō sunt consumptæ, tamdiu existit in seipsâ, adeoque licet in sumptione quis posuerit gratiæ obicem culpabilem, illo quamprimum remoto per contritionem sacræ species adhuc existentes causant gratiam, consumptis verò speciebus, quia Sacramentum neque in se neque in aliquo effectu existit, idè gratiam non confert: etenim Sacramentum Eucharistiæ, quia per modum Convivii & realis manducationis gratiam nutritivam causat, & ipsa manducatio sit ex sua natura iterabilis, gratiam confert per physicam præsentiam, verùm transactâ physicâ illâ præsentia & sumptione nullum est fundamentum asserendi, quod illud Sacramentum in se vel in aliquo sui vel in acceptatione divinâ remaneat; deinde Sacramentum pœnitentiæ (si, ut multi docent, possit esse validum & informe) postquam est fictè susceptum, remanet moraliter in habituali subiectione ad claves Ecclesiæ, dum pœnitens postquam sua peccata validè est confessus, licet ob indispositionem non invalidantem Sacramentum (ut illi Authores volunt) gratiam non sit consecutus, non obligatur tamen peccata semel clavibus subiecta validè, denudò confiteri, sed ab illis vi præcedentis Confessionis directè absolvitur, postquam per Confessionem obicem removerit. Similiter extrema Unctio, cum durante eodem morbo non sit iterabilis,

lis, relinquit ægrotum vel vi suæ significationis moraliter determinatum ad percipiendum Sacramenti effectum, quamprimum durante eodem morbo nullum habuerit impedimentum gratiæ. Denique matrimonium etiam moraliter remanet ratione vinculi indissolubilis, per quod durante vitâ utriusque conjugis hoc Sacramentum non est reiterabile. Universaliter autem quia omnia Sacramenta in usu consistentia, quantumvis fictè suscepta sunt quædam actiones sacræ & sanctæ sanctitate derivatâ ab ipso principali ministro, qui est Christus, videntur manere in acceptatione divina, ut possint reviviscere ad priorem gradum gratiæ & gloriæ remoto obice peccati mortalis.

*Quarta Pars probatur*: Illa Sacramenta physicè causant gratiam, quæ physicè existunt vel in se vel in aliquo sui post se physicè relicto effectû; atqui Eucharistia speciebus nondum consumptis existit physicè in se, alia sacramenta Characterem imprimunt existunt secundum Characterem physicè à se relicto, quo tempore obex removetur; ergo physicè producant gratiam.

*Quinta Pars probatur*: Sacramenta tantum moraliter existentia tantum moraliter gratiam causare possunt; atqui sacramenta reliqua fictè suscepta tantum moraliter existunt nimirum in acceptatione divinâ & aliquâ morali determinatione subjecti; ergo gratiam non nisi moraliter causant.

*Obj. 1.* Opus moraliter bonum in statu peccati moralis factum non reviviscit per pœnitentiam: quia est opus mortuum, ergo neque Sacramentum cum obice peccati mortalis susceptum reviviscit ablato obice.

*R.* Disparitatem esse: quodd opus factum in statu disgratiæ sit opus mortuum: quia provenit

D  
nit à mo  
videlicet  
sulcipien  
impedim  
opus Chr  
ritualis.

*Obj. 2.*  
qualiter i  
gratiam i  
dam; erg  
suscepta,  
ferendam.

*R.* Sac  
usu sive p  
tempore s  
ad eandem  
tionis ipsi

An &

DICO  
tiam  
dona quodd  
Sacrament  
Gratia sacr  
exigentia c  
ciales effec  
quos ordin  
mentalis.

*Explicat*  
gratia sacr  
ter dictæ  
auxiliorum

nit à mortuo carente principio vitæ supernaturalis videlicet gratiâ; Sacramentum autem non est opus suscipientis, sed opus instituentis, ideoque cum impedimento susceptum non est opus mortuum, sed opus Christi, qui est fons & origo omnis vitæ spiritualis.

*Obj. 2.* Sacramenta taliter causant gratiam, qualiter illam significant; sed tantum significant gratiam in illorum usu & susceptione conferendam; ergo postquam absque effectu gratiæ sunt suscepta, remoto obice non causant gratiam conferendam.

*R.* Sacramenta significant gratiam in illorum usu sive pro instanti, quo recipiuntur, sive pro tempore sequenti, quo suscipiens dispositus fuerit ad eandem recipiendam *Con.* pro instanti susceptionis ipsius Sacramenti præcisè conferendam *N.*

#### Q U Æ S T I O I V.

*An & quomodo Gratia sacramentalis distinguatur ab habituali?*

**D**ICO: Gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam & super virtutes & dona quoddam divinum auxilium ad consequendum Sacramenti finem. *S. Th. hic Q. 62. a. 2. O.* Sive Gratia sacramentalis est ipsa gratia habitualis cum exigentia divinorum auxiliorum in ordine ad speciales effectus necessarios in vita Christiana, ad quos ordinantur ipsa Sacramenta & gratia sacramentalis.

*Explicatur & probatur Conclusio:* Illud quod gratia sacramentalis superaddit gratiæ communiter dictæ, est exigentia gratiæ accidentalis sive auxiliorum specialium, quæ Deus confert & ex

promissione sua infallibiliter vult illis conferre, qui susceperint Sacramenta, quando occurrit aliqua occasio agendi aliquid, ad quod ordinantur Sacramenta, quæ auxilia sunt specialia in unoquoque Sacramento; v. g. quia Confirmatio ordinatur ad roborandam fidem, per istud Sacramentum confertur gratia sanctificans cum omnibus virtutibus infusis & donis. Insuper quando occurrit necessitas profitendi fidem coram Tyrannis & inimicis Christi, Deus, ex exigentia gratiæ in illo Sacramento ad hunc finem collatæ, dat quædam maiora auxilia vel specialiora, puta: quædam gaudia spiritualia, singulares illustrationes, item diuturniora & frequentiora, ut confirmatus illam generosè profitendo triumphet. Unde videmus, quod aliquando aliqui, qui pessimè vixerunt, in tali occasione constantissimi fiunt, & martyrium cum gaudio subeunt, & licet etiam non confirmatis conferat similia auxilia, hæc tamen non sunt infallibilia, & sunt quasi de Lege extraordinaria; idem proportionaliter dicendum est in aliis Sacramentis: ut in Baptismo ad conservandam vitam spiritualem; in Eucharistia ad eam fovendam & confirmandam; in Pœnitentia ad resistendum vitiis & peccatis; in extrema Unctione ad fortiter dimicandum in agonia contra tentationes Dæmonum; in Ordine ad rectè exercendas actiones hierarchicas; in Matrimonio ad honestè & piè vivendum in vinculo conjugali; igitur cum Deus ex peculiari promissione velit conferre hæc auxilia specialia, conferendo ipsam gratiam sanctificantem in Sacramentis quasi in actu primo sive in actu signato dicitur illa conferre, & postea debito tempore intuitu illius gratiæ in Sacramentis collatæ & ad exigentiam illius confert illa auxilia

lia in ad  
gratia sac  
exigentes  
tempore  
superadd  
& augetur  
non pote  
sacramen  
aliqua p  
licet cau  
cendum e  
aliquam r  
cum talia  
a gratia h  
physicæ u  
tiæ habi  
modo m

Obj. I  
operatio  
aut salte  
trinsecu  
litate

R. H  
fundata  
supponer  
ctivæ est  
Con, no  
missionis  
ctis in ex

Obj.  
trinsecu  
talis ad  
cut speci  
ad 3. ub  
ad grati  
ad genus

lia in actu secundo, sive in actu exercito; unde gratia sacramentalis dicit gratiam sanctificantem exigentem illa auxilia specialia ipsaque auxilia suo tempore conferenda: quia nec est alius habitus superadditus: quia gratia sanctificans intenditur & augetur per gratiam sacramentalem, ergo hæc non potest esse distinctus habitus. Deinde gratia sacramentalis est interna animæ sanctitas; nec est aliqua perfectio realis gratiæ intrinseca, quia licet causa physicè producens requirat ad producendum effectum, quem aliàs non posset producere, aliquam novam perfectionem physicam, attamen cum talia auxilia non procedant efficienter physicè à gratia habituali, non apparet illius perfectionis physicæ ulla necessitas, sed Deus intuitu illius gratiæ habitualis, ut à Sacramentis causatæ, suo modo moveri potest moraliter ad dandum auxilia.

*Obj. 1.* Nova habilitas intrinseca ad aliquam operationem est habitus intrinsecè superadditus aut saltem habitus idem cum alia perfectione intrinseca, sed Sacramenta conferunt novam habilitatem ad actus proprios; ergo.

*R.* Habilidade nova intrinseca physicè nova & fundata in additione novæ virtutis productivæ vel supponens defectum intrinsecum virtutis productivæ est habitus vel perfectio habitui superaddita  
*Con.* nova moraliter fundata in additione promissionis divinæ extrinsecæ *N.* solutio patet ex dictis in explicatione Conclusionis.

*Obj. 2.* Species addit quasi differentiam intrinsecam sibi essentialem; sed gratia sacramentalis ad gratiam communiter dictam se habet sicut species ad genus ut docet S. Th. Q. 62, a. 2. ad 3. ubi dicit: *Ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus; ergo.*

R. 1. Majorem esse veram in physicis non in moralibus ; ut patet in gratia Christi, quæ specie morali distinguitur à gratia nostra per connotationem suppositi divini.

R. 2. Debet superaddere differentiam intrinsecam tam secundum illud, quod dicit in recto, quam secundum obliquum N. sibi intrinsecam secundum id, quod dicit in recto transeat. Illud autem jus morale vel exigentia auxiliorum secundum id, quod dicit in recto est ipsa gratia connotans auxilia suo tempore danda *dixi transeat*; quia secundum quod est differentia, non significat aliquid purè intrinsecum, sed gratiæ entitatem, ut aliquid extrinsecum connotat.

Q. An omnia Sacramenta ejusdem speciei causent æqualem gratiam ? antequam respondeatur

*Suppono* : Licet Deus de facto ita Sacramenta instituire potuisset, ut in omnibus quomodolibet dispositis æqualem gratiam causarent, vel ut majorem aut minorem gratiam producerent, non juxta majorem vel minorem dispositionem suscipientis, sed juxta majorem vel minorem sanctitatem ministri Sacramenti : quia tota causalitas Sacramentorum dependet à sola voluntate & institutione Christi. Attamen de facto Sacramenta non causant majorem vel minorem gratiam pro qualitate majoris vel minoris sanctitatis in ministro: quia ut de facto definit Ecclesia, & Disput. sequente dicitur probitas ministri nil contribuit, nequidem per modum dispositionis, ad Sacramenti efficaciam. Præterea de facto Sacramenta diversæ speciei inæqualem conferunt gratiam ; sic Sacramenta vivorum causant gratiam secundam, Sacramenta mortuorum causant gratiam primam, Sacramentum Eucharistiæ, cum contineat ipsum

Autho.

DE  
Authore  
tiam ca  
posito

R. S.  
inæquali  
sunt æqu  
runt. P  
lio Trid  
de Justif  
cipi grat  
est prop  
proinde  
major gr  
inæquali  
tio est,  
tem Sac  
naturalis  
dispositu  
æquè ap  
tum; ex  
Sacrame  
fert mag  
*Ratio*  
virtute c  
potest p  
cramente  
æqualiter  
cum om  
æqualem  
subjecti;  
in Baptis  
liter se h  
non pon  
habeant.  
*Dices*

Authorem & fontem omnis gratiæ, majorem gratiam causat quàm reliqua Sacramenta. Hoc supposito

**P.** Sacramenta ejusdem speciei illis, qui sunt inæqualiter dispositi inæqualem, illis verò, qui sunt æqualiter dispositi, æqualem gratiam conferunt. Prior pars Responsionis constat ex Concilio Trident. sess. 6. de justif. cap. 7. ubi loquens de Justificatione etiam per Sacramentum, dicit recipi gratiam secundum propriam dispositionem: id est proportionatam propriæ dispositioni, ac proinde melius disposito dabitur virtute Sacramenti major gratia, minus disposito minor gratia; ergo inæqualiter dispositis inæqualis datur gratia, & ratio est, quod Deus de facto ordinavit causalitatem Sacramenti juxta modum causandi causæ naturalis; atqui in naturalibus subjectum melius dispositum præstantiorem effectum recipit à causa æquè applicata, quàm subjectum minus dispositum; ergo etiam in supernaturalibus idem specie Sacramentum præstantiorem effectum gratiæ confert magis disposito.

*Ratio 2da partis est:* Quod existente æquali virtute causæ & æquali dispositione subjecti, non potest provenire effectus inæqualis; atqui in Sacramento ejusdem speciei, quando administratur æqualiter dispositis, est æqualis virtus Sacramenti, cum omnia Sacramenta ejusdem speciei habeant æqualem virtutem; est etiam æqualis dispositio subjecti; ergo. Unde omnes parvuli æqualem in Baptismo gratiam recipiunt: cum omnes æqualiter se habeant, in hoc nimirum; quod obicem non ponant, nec ullam positivam dispositionem habeant.

*Dices:* Si Sacramenta novæ Legis conferant



gratiam juxtà mensuram dispositionis in suscipiente, non distinguuntur a Sacramentis Legis veteris, quæ potius ex opere operantis quàm opere operato conferebant gratiam.

R. N. Consequentiam: Quia Sacramenta novæ Legis ità dant proportionaliter ad propriam dispositionem suscipientis gratiam, ut homo semper consequatur majorem gradum gratiæ, quàm sola virtute propriæ dispositionis assecutus fuisset. v. g. Si suscipiens Sacramentum pœnitentiæ sit attritus tantùm, cum Sacramento mortuorum accipit primam gratiam, quam extrà Sacramentum non recepisset, si habeat dispositionem contritionis vel charitatis perfectæ ut tria, cum Sacramento accipit gratiam ut sex, licet sine Sacramento accepisset tantùm gratiam ut tria. Hæc autem de Sacramentis Legis veteris dici non possunt.

## DISPUTATIO XVI.

### *De Characterè, Causa & numero Sacramentorum.*

**P**Ræter effectum principalem omnibus Sacramentis communem, qui est Gratia sacramentalis, aliqua Sacramenta, quæ propter hoc initerabilia sunt, habent specialem effectum, qui vocatur Character. Deinde cum Sacramenta non ex natura sua, sed à causa libera habeant, quod sint signa practica gratiæ, inquiritur, quænam Causa rebus & verbis sensibilibus determinatis hanc efficaciam alligaverit.

QUÆ-

DI C

Quæ

CHa

Ca

putatur

spiritual

significa

tis, con

divina &

bile: ut

tibili, &

3. Quo

Sacrame

nem, sic

distingui

tractere.

DIC

imprim

& Ora

Pro

xit nos

30. N

quo fig

Floren

de sacr

stitutio

merent

ad divi

tur, qu

dem in

Ecclesia

tribus h